GVILIELMI BARCLAII

DE

POTESTATE PAPÆ:

An & quatenus in Reges & Principes ſeculares ius & imperium habeat,

Liber Poſthumus.

Eiuſdem

DE REGNO ET REGALI POTESTATE:

Aduerſus

BVCHANANVM, BRVTVM, BOVCHERIVM, & reliquos Monarchomachos,

Libri VI.

EDITIO

Nunc ſecundò in Germaniâ adornata emendatior.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

HANOVIÆ,

M. DC. XVII.

BENEVOLO Lectori S.

HVNC librum à Guilielmo Barclaio, & genere & moribus illuſtri viro, diu elaboratum, necdum tamē exactum ad vltimam limam, primum curis, mox ſenecta, fato denique interueniente, accipe, mi Lector, vt & opus tuo ſeculo vtile, & cum Mundo duraturum. Tot vigilias extingui cum authore noluimus, ſed potius authorem in iis perennare. Maieſtas argumenti & quotidianus vſus; tū aperta & ſubtilis diſputandi ratio, non conuitiis atrox, non tranſuerſa affectibus, & præterea authoris integritas & in religione conſtantia, hunc librum ita commendabunt, vt tantum in

GVIL. BARCLAII I.C.

DE POTESTATE PAPÆ,

AN, ET QVATENVS, IN REGES ET PRINCIPES SECVLARES IUS & IMPERIUM HABEAT,

LIBER POSTHVMVS.

MVLTI de hac quæſtione, noſtro præſertim ſeculo, multa variè & varias ob cauſas ſcripſerunt: ſed nemo doctiùs & luculentiùs, quàm illuſtriſſimus Cardinalis, & eruditiſſimus Theologus *Rob. Bellarminus*, in libris quos de ſummo ſiue Romano Pontifice inſcripſit: qui ſi vt ſpiritualem & Eccleſiaſticam Pontificis Romani poteſtatem egregiè cõprobauit, ita temporalem illam poteſtatem, quam ex quorundam Theologorum ſententia dicit eum habere indirectè, ſolidioribus authoritatum & rationum momentis ſtabilire potuiſſet; non eſſet quod in illo tractatu aut iure carperet aliquis, aut deſideraret. Si itaq; complures tum Theologi, tum Iuriſconſulti, alii poſt alios, in eandem hanc quæſtionem excutiẽdam incubuerũt, nec priorum de ea iudicium ſequentium ſcriptorum ſententiis præiudicauit; cur non & ego aliquẽ indagandæ veritatis locum, (quandoquidem in eo ſtudio ætatem conſumpſi) meo mihi quodammodo iure vendicẽ?

Sed antequam ordior quid de hac re ſentiam explicare, diligens à me cautio & præmunitio adhibenda eſt, *ne vel aliquod inde ſequatur ſcandalum puſillorum, qui æſtimant Papam eſſe vnum Deum, qui habet poteſtatem omnem in cœlo & in terra* (vt Gerſonis [1] verbis vtar) vel adiumentum aliquod accedere videatur nouatorũ calumniis, quibus ſedem Apoſtolicam conſectantur, vt ſupremo animarum Paſtori poteſta-

[1] *In reſolut. circa* materiam excõmun. cõſider. 11.

GVILIELMI BARCLAII ILLVSTRISSIMI DVCIS LOTHARINGIÆ &c. CONSILIARII, SVPPLICVMQVE

libellorum Magiſtri, atq; in celeberrima Academia Pontimuſſana I. V. Profeſſoris ac Decani,

DE REGNO ET REGALI POTESTATE ADVERSVS BVCHANAnum, Brutum, Boucherium, & reliquos Monarchomachos,

LIBRI SEX.

Prouerb. 24.

Time Dominum, fili mi, & Regem: & cum detractoribus non commiſcearis: quoniam repentè conſurget perditio eorum.

CHRI-